Lim
4048

Historia Poloniae
Sigismundus I.

Vapouskij Bernardi: Oratio coram Sereniss. D. Sigismundo Poloniae Rege — in augustissimo Cracoviensi templo habita.

Impr. per Florianum
1523.

ORATIO

corã Serenissimo domino Sigis-
MVNDO POLONIE REGE INVI-
ctissimo in reditu suę Maiestatis ex Litauania
per R.P.D. Bernardũ Vapouskij Ra-
dochonieñ. Prothonot. aplicum
Cantorẽ & Canonicũ Cra-
couieñ: Regiũq; Secre-
tarium in augustissi-
mo Cracouieñ.
templo:
habita.

IMPRESSVM PER FLORIANVM

In Platea sancti Stephani, Anno. M.D.XXIII.

OPTATISSIMVS Maiestatis tue reditus Serenissime ac inuictissime Rex incredibili nos omnes afficit gaudio, incolumem reducemq; vt numen aliquod celo lapsum libēter intuemur Principem & gloriosissimū Regem nostrū de more veneramur. Patrem patrie peregre venientem leti consalutamus, Pro cuius fęlicissimo statu supplicatiões hic indiximus, deū optimū Maximū diuumq; Stanislaum qui huic templo prę sidet iugiter deprecati sumus, Quo sospite nulle aduersantis fortune pcelle, nulli hostes sunt nobis extimescendi. Quippe tāta est nominis Maiestatis tue magnitudo tāta rerum gestarū gloria, vt vel vmbra nominis sui nos protegat ac tueatur, vt non solum nos hocq; inclytum Regnū sed & vicini populi, vicinaq; regna salutaria eius senserint pręsidia. Nulla in circuitu barbaries, nulli hostes sunt, qui nō animi Maiestatis tue magnitudinem inuictūq; robur maximis suis cladibus nō sint experti. Enimuero his paucis annis quibus ad Regni fastigiū est euectus plures pene ex ferocissimis hostibus victorias reportauit quam alius quisquā ab immorta



li deo optare auſus fuiſſet. Nulla incircuitu regio eſt
quã Maieſtas tua victricibus armis nõ calcauerit, vel
auctoritate ſua nominiſq; claritate nõ impleuerit Se-
ſit potenciam Maieſtatis tue ſimul & diuinam pru-
dentiam ea ora Ponti, Euxini quam Tyras atq; Iſter
celebratiſſimi Europe amnes influunt. Quam Vala-
chiam voca mus, quam quidem in initio Regnationis
ſue tumultuantem ac hoſtilia cum. Turcis ac Tacta-
ris molientem adeo vno felici prælio afflixit, vt maxi-
ma eius gentis parte ceſa. Satrapis ac proceribus in
poteſtatem redactis. ferox alioqui natio. iam inde ni-
hil mouere auſa ſit atq; in offitio perſeueret Senſerũt.
paulo poſtea & immaniſſimi Scyte Tactari quos Ma
ieſtas tua per præfectos apud Horiniam flumen vi-
ſnoueciumq; ingenti prælio ſuperauit. captiuos miſe
rabilem pior; turbam, prædamq; omnem ex rapaciſſi
mis manibus euulſit. Senſerunt & Moſcouij extremi.
Sarmacie populi, quos apud Orſam ripãq; Boriſtenis
vlteriorem. haud procul ab aris Alexandri Magni.
octuaginta milibus equitũ bellatorũ vna acie profli-
gatis maximo ac cruentiſſimo conflicta adeo cecidit
vt tinctis cruore aquis Boriſtẽnes fluxiſſe ferat̃ Quid
dicam de bellicoſis Bohemis, quos intra regnũ ſu um
tumultuantes. ſui Regis iuſſa cõtemnentes ac iam ad
arma circumſpicientes Andrea Tancinio Sandomi-
rienſi Satrapa. ſolertiſſimo viro. legato ad eos miſſo

primis motibus compescuit, armaq́ ex eorũ manibus
iam pene mota excussit Austriã Viennamq́ Pan-
noniẽnõ per legatos sed solus ipse adijt, ornatissimo
purpuratorũ cinctus comitatu, ex diuersis gentibus,
& nationibus lingua moribus & habitu diuersis. Vbi
cum Maximiliano Romano Imperatore, duobusq́
consanguineis Vngarie ac Bohemie Regibus, necnõ
plurimis germanie ducibus congressus, summa ope
adnixus est, vt pace inter christianos principes com
posita, contra Turcorum Imperatorem cuius opes
plus nimio & quam nobis tutum esset creuerant bel
lum in greciam transferetur, vlcisceturq́ Vladis-
lai patrui sui clarissimi Regis indignam necẽ, qui il
lic apud Varnam in Euxini maris ora, pulso iã om-
ni Turcorũ equitatu ac iam pene victor cõtra Amu
ratem fortissime pugnans occubuit, vna cum Iuliano
sancti Angeli Cardinali Eugenij Romani pontificis
legato, ad quam desideratam expeditionem, suas Ma
iestas tua vires, regniq́ opes, imo & sanguinẽ si opus
A° foret, & si in federatis eadem fuisset cõstantia obtulit
1699 Sensit postea vim & potenciã Maiestatis tue rebellis
Prussiaci ordinis Milicia, vrbium castellorũq́ suorũ
Item excidio, tociens fusa tociens profligata. Sensit & Al
rebellis bertus eorum summus Magister qui tot cladibus vna
supra aliam consternatus, cum nec intra Regiũ mon
tem Prussie Metropolim satis tutum se esse existima

ret, rebus deploratis suis Toruniũ ven't & Maiesta-
tem tuã suplex adorauit. Senserunt Saxones ac Ger-
mani quos in auxiliũ Prussiaci Magistri, Instrũctissi-
mo exercitu cũ fremitu ac furore venientes a dano
clarissimo Regni sui emporio ac a transitu Vistule
circa Dersauam cum multa cede repulit, Nemetosq
ad omniũ rerũ inopiam redactos, intra germaniã suã
cum multa strage victor reiecit, oppida per eos inter
cepta deiectis germanorũ presidijs momento tempo
ris recuperauit. Quid de Vngaria contiguo regno re
feram quã cũ Turcorũ Imperator ante annũ grauissi
mo bello premeret Sabaciã ac Nanderalbam validis
simas Vngarie arces intercepisset, Iamq Budã Pan-
noniorũ Regiã, totamq Vngariã, victorie premium
sibi pponeret, ad solam Maiestatis tue missi exerci-
tus famã quẽ Ioannes Tarnouius duxit, rebus dif-
fisus suis, motis castris cũ ingenti dolore Bisauncium
versus retro abijt, Idemtidẽ inter suos testatus, Sigis-
mundũ Regẽ victorie sue cursum remorari, hoc quo
q nõ minoris prudencie ac laudis est q cũ Taurica-
nus Tactarus bello & armis expeditissimus barbarus
nulli fidem seruauerit vn quã, cũ Basilio, potentissimo
Moscorum duce nouissimis his diebus Maiestas tua
quinquennale fedus inijt, vt hanc comunem tocius Sar
macie imo tocius christianitatis pestem frenis Boriste
ni imposi tis extra Tauricam vltra paludẽ Meotidẽ



Tanaimq; in extremos Scithie campos ꝓcul pellat optatamq; ac necessariam terris suis pacē reddat. Et hoc ꝑfecto magne felicitatis est, ꝙ Sigismundũ filiũ Magnũ Litauanie ducē declarauit, eũq; apud Alanos Tauanos Roxanos ac Massagetas, late imperare iussit circũ Chronē Turuntũ ac Boristenē precipuos Sarmacie amnes, quo prudentissimo consilio & amplissimā Litauaniam Polonie Regno nexu firmissimo copulauit, & Sigismũdo filio ad auitũ Regnum gradũ fecit, Quibus duobus Imperijs populisq; iunctis, nullũ vnquam bellũ gestũ est quod non felicissimũ habuisset exitũ, Et cũ hec oĩa foris recte se habeant vt domi quoq; pacē & quietē nobis pariat oramus, fortunis nostris que a maliuolis impune diripiũtᷓ vt consulat obsecramus, iura ministrorum dei, si sua sibi a christo Rege seruari vult, vt diligentius custodiat supplicamus. Queadmodũ id christianissimi Maiestatis tue ꝓgenitores, clarissima orthodoxe fidei lumina sedulo factitarũt, Ne tam licētiose rapine ira numinis irritata, graui aliquo regni casu (quod deus omen auertat) expientᷓ, Parce pio generi & pro pius res aspice nostras. Habiturꝰ ob id meritũ a deo Opt. Max. huiusq; augustissimi templi patrono mercedē cōdignā Regniq; sui desideratũ incrementũ, vt quod florens a maioribus regnum recepit, liberis suis post multam etatē longe florentissimũ relinquat. DIXI.